



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1650**

§. 1. Talio bonorum à Christo promissa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)

Spondit: Si tam indignarentur illi, quibus non est facta iniuria, quam quibus facta est. Certè plerique grauissimè sentiunt ea, quæ contra se dicta, aut facta sunt, etiamsi leuissima sint re ipsa; at ea, quæ etiam atrociter in alios geruntur, nihili æstimant, hinc neque impediunt, etsi ex officio obstricti punire deberent; impedituri vtique, & punituri, si eorum *cor vnum, & anima vna* esset cum illis, sentirent enim tamquã sibi illatum malum, quorum enim vna est anima, vnus est sensus: neque secus, quod peccaretur, vindicarent, atque sibi factum, si *proximum diligere*, sicut *semetipsos*. Quia igitur nostra magis sentimus, quàm aliena, si nos ipsa iniquitas non cohibet ab iniuria alijs offerenda, saltem frenum habebimus, si in malis timeamus; stimulum, si in bonis speremus *talionem*.

Ae. 4. 32.

Matth. 5.  
43.

## CAPVT III.

*Etiã virtutibus, & bonis operibus suam esse talionem.*

§. I.

*Talio bonorum à Christo promissa.*

Psal. 36.  
27.  
Matth. 7.  
2.



Ita & virtutum Magister Christus, vt nos eodem verbo doceret, & *declinare à malo, & facere bonum*, velut

Int talionis legem denuo promulgans, dixit :  
*In qua mensura mensi fueritis, remetietur vo-  
bis.* Si bene feceritis, recipietis bene; si ma-  
lum dabit, malum accipietis. Quamquam  
ea Numinis bonitas est, ut bonum præmijs  
ultra condignum, malum supplicijs citra  
condignum soleat remunerare. Quod etiam  
in veteri proverbio insinuatum Cicero &  
Lucianus docuerunt. *αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λαίον,*  
*eadem mensura, & melius.* Certè non strictè  
eâdem, sed maiore nobis mensurâ remen-  
dum indicat Lucas inquit: *Mensuram bo-  
nam, & confertam, & coagitatam, & supercfln-  
entem dabunt in sinum vestrum.* Quod legi ta-  
lionis nihil officit, diuinis laudibus multum  
addit. Talio enim qualitatis est, non quanti-  
tatis. Et ad diuinam pertinet liberalitatem,  
ultra meritum præmia refundere; ad diui-  
nam clementiam, citra condignum statuere  
pœnas. Itaque eâdem mensurâ, non re, sed  
proportione remetietur. Proportione qui-  
dem, quia quò nos erga alios, vel seueriores,  
vel liberaliores fuerimus, hoc etiam erga  
nos seuerior, vel liberalior erit Deus; tam-  
etsi eius misericordia infinitis semper parti-  
bus maior sit nostrâ. Longè igitur maiora  
sunt præmia meritis nostris, quia non sunt  
condigna

Marc. 43

24.

Luc. 6. 38

Cic. lib.

13. ad At-

tic. Luci-

an. in ima-

ginib.

- Rom. 8. 13. condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis, & quod in presenti est momentaneum, & leue tribulationis nostrae, aeternum gloriae pondus operatur in nobis.
2. Cor. 4. 17. Vide S. August. lib. 21. de ciuit. Atque hoc quidem in altera fiet vita. Quoniam autem multi praesentibus magis mouentur, quam futuris, etiam huius vitae quadam paruatione nos vult regi noster legislator. Hinc illa reliquit oracula: *Omnia quaecumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Hac est enim lex & Propheta.* Atque alibi, cum mandatum de Deo diligendo recitasset, subjunxit: *Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum, sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & Propheta.* Mensura diligendi proximi, est amor quo nos volumus diligi: volumus autem nos maximè diligi, necesse est igitur, ut & proximum maximè diligamus. Neque dilectionis tantum est haec regula, sed omnium etiam nostrarum actionum. *Omnia,* ait, *quaecumq<sub>3</sub> vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis.* Quibus verbis nos monet, ut tales simus in alios, quales in nos illos experimur. Id ipsum exprimunt & leges civiles, in quibus vulgare est illud: *Quod quisq<sub>3</sub> juris in alterum statuit, ipse eodem jure uti debet.*
- Matth. 7. 12. *Luc. 6. 31.*
- Matth. 22. 38.
- Matth. 7. 12.
- f. lib. 2. tit. 2, L. 1.

bet. Hoc edictum, inquit Vlpianus, summam quod  
 habet aequitatem, & sine cuiusquam indigna- quisque  
 tione iusta. Quis enim aspernabitur, idem jus iuris  
 sibi dici, quod ipse alys dixit, vel dici effecit? Ne-  
 cesse est ergo, ut quod ipse quis in alterius perso-  
 na aequum esse credidisset, id in ipsius quoque per-  
 sona valere patiatur.

§. II.

Historia mirabilis de bonorum operum retalia-  
 tione.

Coniugum par erat, vitâ dispar. Vxor Ex Gema  
 pia, impius maritus. Vt ergo illa hunc Deo ma Fid.  
 lucraretur, in talem modum Dei Matrem Vngari  
 rogavit: O Dei & misericordiæ parens, Si Min. ser.  
 tu meo, & ego tuo loco essem, quid, & quo 70.  
 pacto velles à me, pro te, orari, fierique? Id Et Sten-  
 igitur nunc tu ora, & impetra pro me, pro mat. Ma-  
 que impio meo coniuge, Reduc illum, obse- riano 11,  
 cro, ab iniquitate & v'suris suis in viam ju- Iunij.  
 stitiæ, ô misericors Virgo. Sic precata, ali-  
 quot religiosos ad prandium inuitavit; neq;  
 sanè inuito coniuge, qui eos comiter exce-  
 pit, sed illam legem, condicionemq; posuit,  
 ne quis inter conuiuandū, sermonem vllum  
 de Deo, deq; rebus ad animæ salutē pertinē-  
 tibus inferret. Neque enim tales offas in  
 suam esse mensam inferendas. Ibi lætitiæ &  
 lauti-